

non ego dicebam in perpetuom ut illam illi dares,
verum ut simulares. *CH.* non meast simulatio ;
ita tũ istaec tua misceto ne mẽ ħdmisceas.

35

egõn quoi daturu' non sum, ut eĩ despondeam ?

785 *SY.* credebam. *CH.* minime. *SY.* scite poterat fieri .
et ego hoc, quia dudum tu tanto opere iusseras,
eõ coepi. *CH.* credo. *SY.* ceterum equidem istuc,
Chreme,

aequi bonique facio. *CH.* atqui quam maxume
volõ te dare operam ut fiat, verum alia via.

40

790 *SY.* fiat, quaeratur aliquid. sed illud quod tibi
dixi de argento quod ista debet Bacchidi,
id nunc reddendumst illi : neque tu scilicet
illuc confugies : " quid mea ? num mihi datumst ?
num iussi ? nũm illa oppignerare filiam

45

795 meam mẽ ħnvito potuit ? " verum illuc, Chreme,
dicunt : " ius summum saepe summast malitia."

CH. haud faciam. *SY.* immo aliis si licet, tibi non licet :
†omnes te in lauta et bene acta parte putant.†

50

CH. quin egomet iam ad eam deferam. *SY.* immo
filium

800 iubẽ potiu'. *CH.* quãm õb rem ? *SY.* quia enim in eum
suspiciost

translata amori'. *CH.* quid tum ? *SY.* quia videbitur
mage veri simile id esse, quõm hic illi dabit ;
et simũl conficiam facilius ego quod volo.

55

ipse adeo adest : abi, ecfer argentum. *CH.* ecfero.